



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Historia Missionis Anglicanæ Societatis Iesv

More, Henry

Avdomari, 1660

Quid Catholicis fuerit ab initio pro positum? n. 12.

urn:nbn:de:hbz:466:1-38320

PRÆFATIO.

rum aduersus Carolum coustituerant (& erat is quoq; Cromwellus) immisis in confessum militibus iussit solui conuentum. Ita Rex à Populo, Populus à milite exauctoratus est; incerto deinde subditus Imperio. Deo id agente ut ubi & a quibus Capitis Ecclesiæ iura transiata fuerant, ij postliminio suum sibi Caput demerent, tunc ipsi plecterentur. Cuius inter Regem & populu dis-sensionis qui historiam ab ouo relegere uoluerit, perspiciet quàm aptè primis ultima, & ultimis prima responderint; Deo per ea quæ quis peccat puniente, & uisitante iniquitatem patrum in filios, in tertiam & quartam generatione. Quemadmodum enim Henricus potestati Pontificiæ cum se subduceret, nomen effigiemq; Pontificis ex precum Indicibus, alijsque locis eradi uoluit, ita Regiū nomen & effigies non nisi ad iniuriam prostare aliquamdiu uisa est; & ipsa subfellia, quæ olim Regia, seu Bancus Regiū, dicebantur, non Regis, sed Superior Bancus, appellabantur. Cromwellum ille ad Ecclesiastica administra- stranda intrusit; Deus Cromwellum seculari potestati disturbandæ promouit. Ille nouâ condita Iurifurandi formâ supremam Capitis Ecclesiæ auctoritatem ad se trahere & stabilire conatus est; nouis noui hi tumultuantes inuentis iurandi formulis Regiam dignitatem impetiuerunt. Elizabethæ uero studium indefessum inuita hæresis fouendi in Scotia, suâ Scoti diligentia com- pensarunt, hi enim primi in Carolum mouerunt arma, ut molles Elizabethæ Carolique Calvinistas, ritumq; precandi ab his in contemptum Catholici mo- ris institutum abolerent. Episcoporum denique ac Nobilium ordo, qui in Comitibus fuerat præcipuus, conatum uel consensum suum mutandæ olim Religionis Catholice in mores Luthero-Caluinisticos, cum nulla eius ratio habita sit, quadam quasi exauctoratione persoluit.

Exo. 20 5a

XII. Catholicis uero inde ab Henrici Octauæ discessione id negotij fuerat, ut Supremam Pontificis Romani in Ecclesiasticis potesta- tem, uerbo, scriptis, fortunis, uita & sanguine patienter fufis tuerentur. Catholici Pontificis Auctoritas sustineat. Viderique possunt (quemadmodum Sanctus Confessor Ignatius ex aduerso Lutheri & Caluini) ita hi tanquam murus oppositi pro lummi Pontificis auctoritate retinendâ, & cum debitâ erga Reges obseruantia componendâ. Ezech. 15. 5. Hæc enim Ara fuit ad quam tot hostiæ ceciderunt, quot Sacerdotes cruenta morte sublati sunt: Nimirum crimen erat Pontificem uerbo scripto uel defendisse, aut Ordines Sacros non aliunde quam ab unico in terris Christi Vicario deriuatos in Angliam intulisse. Ad hanc Aram ceteri suas suorumque fortunas Deo consecrarunt, dum non ab alijs Sacramen- ta quàm à legitimis his Sacerdotibus accipere sustinuerunt: Nam si institutioni Pontificiæ atque auctoritati nuntium mittere, si manus Im- positionem ab Regijs admittere, si preces iungere in animum inducerent, à carceribus, à proscriptione, ab omni crimine, ab ipso Carnificis ense stri- cto immunes renuntiabantur.

XIII. Huic Aræ quoniam Societas Iesu uoto peculiari adstrin- gitur, & sedulam nauabat operam ut Religio Catholica cum Pontificis Quid s. cietas Iesu. potestate